

NUMMVS CASTRENSIS
 ANDREÆ CARDINALIS AUSTRIACI
 Belgij Gubernatione susceptâ, & munimento
 S: Andreæ extructo : cufus : Anno
 Christi 1598.



Rofectionem in Hispaniam instituturus Albertus, Archidux Austriae, Principem Andream Austriacum Cardinalem suo nomine Belgicis rebus cum imperio praesse iussit: Ordinesque universos, ut eum opera & consiliis adjuvare velent, serio est cohortatus: belli verò administrationem Francisco Mendozae Arragonio Thalassiararchæ demandavit.



Post Archiducis abitum non modò non res quietiores in Belgio fuerunt; sed in maius etiam bellum exarserunt. Mendoza enim, Rinbercâ captâ, validissimo exercitu ditiones Imperij invadit, & exercitum Hispanorum, pabuli alimoniaeque inopiâ confectum, in hyberna, sed non in hosticum quidem, ut Andreas Cardinalis iusserat, sed in Cliviam, Westphaliâ, Marchiam, diæcesin Monasteriensem deducit: oppida plurima & arces partim vi, partim deditione occupat; nullû non erga devictos crudelitatis genus exer-

exer-